alib. obiuit consisten. ad pn̄tis habitoñé et in post habendorum et acquirendorum Summam Quadraginta Sexagen. Polon. debiti et addit. Quinq. Sexagenas Polon. inscribit, asserit, affirmat et assecurat dotalicialiter more aliorum dotaliciorum hic in Regno Polon. observari solitorum. Hac sua personali recognitione in contractibus mediante.

Wyszenski Debitum.

Coram officio et Actis pn̄tibus Castren. Capitan. Bransken. pers. comparens Nobilis Lucas olim Martini Wyszenski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Benedicto olim Leonardi Wyszenski et ipsius Successoribus Sedecem Sexagenas Polon. debiti certi et liquidi teneri ac debere et pro Dominica Septuagesima proxime ventura solvere se de Omnibus bonis cum Successoribus suis submittit et inscribit sub Vadio simili aliarum Sedecem Sexagenarum Polon. in defectu solutionis tempore praefixo ad solvendum succumbendo Et Coram officio pn̄ti Castren. Bransken. in primo Citationis Termino peremptorie responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et Suos Successores ab renuntiando.

C. Frankowski Donatio.

Coram officio et Actis pn̄tibus Castren. Capitan. Bransken. pers. comparens Generosus Martinus Frankowski in Wyszgowo et Brzozowo haeres Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Danieli Frankowski filio suo legitimo et ipsius legitimis Successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Wyszgowo consisten. in Omnibus tribus campis uti in quolibet campo per duos Mansos integros agri prout in longum et latum extenduntur a fluvio Czarna ad graniciem Olexinska extenden. item fundum totum ad Molendinum antiquitus spectan. prout extenditur Nec non subditos duos Kmethones Paulum Wardacki et Gregorium Kurnala cum eorum Uxoribus pueris pecoribus pecudibus fundis per ipsos possessis gazis Cmetonalibus Aceis? hortis totaque substantia et suppellectili domestica Consuetis eorum Laboribus Censibus obedientia Nec non cum Conditione bonorum supra specificationis agris pratis campis sylvis rubetis generaliterque cum Omnibus ac singulis utilibus fructibus attinen. Cum Omni iure suo Dominio proprietate possessione ac titulo haereditario Nihil sibi ex eisdem bonis pn̄tibus assignatis reservando pura mera syncera ac irrevocabili donatione dedit donavit assignavit ac inscripsit perpetuis temporibus. Cui quidem filio suo in praedicta bona nunc assignata id ipse recognoscens dat et admittit realem intromissionem eius libero usufructui actualique pacifica possessione per Ministerialem Regni Poloniae et Nobiles duos quem et quos sibi conducere poterit acceptandam Ac praeterea inscriptionem pn̄tem ex his actis autentice acceptam ad Acta dicti Districtus Terrestria transferre consensit absentia sua et praesentia Terrestris in Grodensibus non obstante